

11. *An Magis accensendi, qui se invisibiles reddere possunt?*

Resp. Sic statuimus Casu Consc. 14. Urgetur hic: 1. *Elisaum à Syris non esse conspectum*, 2. *Reg. 6, 18*, Resp. Deus cœcitate Syros percussit. vers. 18. 2. *Christum disprauisse*, *Luc. 24, 13*, R. Corporum glorificatorum alia est ratio, quam nondum glorificatorum.

12. *An licitum sit per certos characteres morbis mederi?*

R. Neg (1) Ob divinum inter dictum *Deut. 18 Esai. 42 12. Ps 58, 12*. Ob rei futilitatem, quia quantitatis nullus est effectus, nulla operatio.

13. *An Magi possint transformare Creaturas?*

Resp. Dist. inter fascinationem, quæ fit objectione glaucomatis, vel celeri substitutione aut forti imaginatione, qualis Magis Diabolicis, Dei permisso competit: Et inter veram transmutationem, quam soli Deo adscribimus. Objic. 1. *Exemplum Magorum Pharaonis, ranas, sanguinem, serpentes producentium*, *Exod 7. 8. 8*. Resp. Valet distinctio. 2. *Nebucadnesarem in bestiam mutatum esse*. Resp. Mutatio hæc, in quantum facta fuit, non Magos, sed Deum habuit autorem, nec factus fuit fera *Nebuchdon. corporis mutatione, sed animi corruptione*, & qualitatibus quibusdam.

14. *Quomodo Magi fecerint Mimicula?*

Resp. Non verè, sed præstigiis, oculos spectatorum, opera dæmonum ludificantes: Nam *creare & convertere substantias est solius Dei opus*. Hinc & in ipso textu à veris miraculis distinguuntur: *Serpentes enim Mosis devorarunt serpentes Magorum, & nec pediculos potuerunt producere*, verè divina miracula sunt inimitabilia Satanæ, ut excitare mortuos, sistere cursum solis, &c. fiunt etiã ad esse Dei Gloriam. *D. Chitreaus*

15. *Cur Deus prohibuerit Magos formare pediculos?*

Resp. Sic Deus diabolo illusit, qui priora miracula incitari conatus fuerat, & Pharaoni advenit, quicquid excusationis reliquum, cum videret ad eò impotentes Magos, qui cum majora æmulati fuissent, in minoribus deficerent.

16. *An Lamie per artem suam tempestates ciere possint?*

Resp. Disting. inter propriam potestatem, quam non habent: Et Dei permissionem, ubi quandoque verè movent, quandoque fascinant.

17. *An saga ex uberibus hominum, pecorumve lac sugere possint?*

Resp. Deus sæpe id fieri permittit per Satanam, qui non hæc solum